



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Licet inhibita fuerit appellatio, a secundo tamen delegato ad primum delegantem potest appellari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

CAP. XXXIII. *Idem\* Exoniensisepischo.*

Præterea hi qui matrimonio contrahendo pure & sine omni contradictione fidem dederunt, aut iuramentum fecerunt, commonendi sunt diligentius & exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præstitam vel iuramentum factum obseruent, & se, sicut promiserunt, coniungant.

PARS VII. DE POTESTATE IVDICVM  
DELEGATORVM, ET DE VARIIS  
literis diuersis temporibus impetratis.

## CAP. I.

*Idem Londoniensi episcopo.*

CVM tibi sit de benignitate sedis apostolicæ indulgendum, vt causas, quas de mandato nostro suscipis terminandas, liceat tibi personis aliis vni vel pluribus delegare: sed ab his quibus causa fuit per te commissa, fas sit litigantibus appellare, etsi eadem causa tibi fuerit a nobis, appellatione cessante, commissa: accidit interdum, sicut tu asseris, quod causam, quam tibi commisimus, appellatione postposita, terminandam, aliorum experientia committas audiendam, & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad nostram audientiam interponat: consultationi tuæ respondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, est omnino deferendum, licet fuerit appellatione remota commissa.

CAP. II. *Idem Bathoniensi episcopo.*

3. q. 9. Hortamur.

Rom. 1.

Quia quæsitum est a nobis ex parte tua, quid faciendum sit de potestatibus, quæ, cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi, de his quos diligunt aut tueri volunt, minis & terroribus suis conquerentes filere compellunt, & mandatum nostrum eludunt: id tibi respondemus, quod sicut agentes & consentientes pari poena scripturæ testimonio puniuntur; sic tam eos qui trahuntur in causam, quam principales fautores eorum, si eos manifeste cog-